

DISPUTATIO
De
SCRUPULIS
CHRONOLOGICIS
PRIMA;

Quæ complectitur scrupulos primi termini
seu intervalli à creatione ad diluvium:

QUAM

: אלהים ע

Praefide

REVERENDO ET DOCTISSIMO
VIRO DN. JOHANNE JACOBO HERMAN-
NO, Ecclesiæ Herbornensis parocho primario, vicinarumq; anti-
stite vigilantissimo, sanctorum Scripturatum & historiarum
in prælustri gymnasio ibidem Professore dignissimo, Prä-
ceptore suo paterno honore prosequendo, verita-
tis indagandæ gratiâ publicæ censuræ
submitit

JUSTUS ALSTEDIUS S. sanctæ Theol. Studiosus.

Studium Chronologicum (licet mihi
Horati transcribere versiculos)

Æquæ pauperibus prodest, locupletibus æquæ:
Æquæ neglegunt senibus pueris nocebit.

ANNO CHRISTIANÆ SALUTIS
qui est

Vnde CIVVS.

ILLUSTRIBUS AC GENE-
ROSIS DOMINIS, DOMINO ERASMO
ET DOMINO CASPARO, LIBERIS BARONI-
bus à Starhemberg, Dominis in Wildberg, Rideg, & Loben-
stain, fratribus germanis, dominis suis
clementibus,

R E C - R O N

PRÆSTANTISSIMO VIRO, DOMINO PAULO
FABRITIO, ILLORUM EPHORO MERITISSI-
MO, dignissimo, domino suo honorando,

Salutem precatur Respondens.

 B singulares & raras illas, quibus à Deo Opt. Max. donati estis dotes, Il-
lustres & Generosi Dn. Barones (causam dedicationis aliam non cu-
piens) hanc Chronologicam disputationem vobis demisiè, cum meipso
offerro. Corporis bona intueor? Addecorum facti estis. Animorum? Cul-
tissima illa, & uberrimæ in vobis ingenii segetes. Externa? Stirpe eminentissimum Ge-
nerosorum par estis, opibus splendidissimi. Quid multis?

Estis Austriaci soli Barones

Illustres Domini domus vetusta

Gentis germina florida ac venusta,

Claro sanguine filii parentum

Trinitati, generis decorè summi;


Nostræ gymnasii facies serena

Pralufbris: studius dati & severis.

Maestri his dotibus DD. GG. divinitus concessis! Et conferte eas, quâ poteritis, ad
vestram & publicam salutem. Idq; grandiores facti, domi & foris, togâ & fago. Si quâ
obviaverint, Generosi Domini, ut fortè. (Syrtes illas aulicas puto) farissâ ingeniū au-
dacter obsistite, annihilate. Ut enim columna qua recta stat, imposito magis pondere
fat. ad li-
firmatur: sic altas rectasq; mentes oportet, non cedere oneri, sed obniti. Vos per vos, illu-
bros de cru-
stres Domini, facietis. Tibi præstantissime Paule, Domine honorande, eam adscribo
te. ob singularem benevolentiam quâ me prosequeris, hanc disputationem tanquam
æruditor & bona fidei repausu reponens. Addo pietatem, industriam & modestiam
singularem quâ Deum colis, tuos generosos, & sic omnes, juvas, afficias. Quod super-
est, Generosi Domini, clientis vestri munus levidense, suscipite, fovete, & mihi fa-
cte. Dominus gloriæ vos clara Austriæ sidera, cum totâ illustri familiâ & mesi-
tissimo preceptorre æternum fospiter. Amen. Dabam festinante calamo,
è museo in illustri Herbornæ, Anno, Ipsa Misericordia

Caret In VIDIA. Mensē

Julio.



D I S P U T A T I O

D E S C R U P U L I S C H R O-
N O L O G I C I S P R I M A:

Quæ complectitur scrupulos primi termini seu inter-
valli à creatione usque ad diluvium.

Quod vulgò dicitur τὰ ρελάχα χρονιά; quæ pulchra sunt, difficultas
id verè de Chronologia dici potest: cuius majorne utilitas an
difficultas sit, non facile est definire.

2. Utilitas insignis est, quod ex chronologiâ mundi initium, inde Dei
æternitas demonstratur: Religionis nostræ veritas collata cum aliis, ex
antiquitate evincitur: unde Apostoli etiam veritatis firmamenta ex tem-
poris ratione sumserunt, Actor.7. à v.4.ad 51. Gal.3.v.16.17.18.

3. Difficultas ex discrepantiâ colligitur: quæ tanta est, ut vix ac ne vix
quidem duos scriptores Chronologos planè consentientes invenire li-
ceat: ut hîc locum habere possit, Quot capita, tot sensus.

4. Tantum autem abest, ut hæc difficultas absterrere debeat à studio
Chronologico, ut potius debeat excitare studium.

5. Quemadmodum enim ea quæ sacrî literis pluribus in locis inest
difficultas, quia utilis est, non arcet fideles à studio sacrarum literarum, sed
potius ad id impellit: ita difficultas Chronologica, non tam perturbare
ingenia nostra, quam excitare; non tam extinguere studium, quam in-
flammare debet.

6. Ergo & nos oīv deo difficultates Chronologicas, aliquot dispu-
tationibus constituimus considerare, & tentare, num per Dei gratiam, lu-
cem aliquam afferre possimus.

7. Id ut commode fieri possit, comprehendimus Chronogiam Ve-
teris Testamenti certis terminis seu intervallis.

8. Terminus Chronologicus est pars temporis singulari & illustri ali-
quâre gestâ, notata.

9. Horum terminorum ad finem septimanarum Danielis, octo con-
stituimus: quorum primus est à rerum exordio ad diluvium, Gen.1.v.1.

Et Gen. 7. Secundus à diluvio ad vocationem Ahrahæ, Gen. 12. v. 1. &c.
Tertius inde ad exitum ex Ægypto. Exod. 12. v. 40. Gal. 3. v. 16. 17. Quartus ad iacta à Salomone templi fundamenta, 1. Reg. 6. v. 1. Quintus ad templi excidium. Sextus ad liberationem populi Judaici per Cyrus capti à Babylone, 2. Chron. 36. v. 22. 23. Septimus ad initium septuaginta septimanarum Daniëlis. Dan. 9. v. 25. Postremus ad finem septimanarum. Nunc de scrupulis primi termini.

10. Primus terminus continet tempus à principio rerum ad diluvium, annorum 1656 juxta Hebræos.

11. Quicquid ante initium hujus termini fuit, Deus est.

12. Tres præcipui scrupuli hoc termino occurunt. Primus emergit ex discrimine Hebræorum & septuaginta interpretum: alter ex cap. 5. Gen. v. 32. de anno natali Schemi: tertius de anno diluvii.

13. Ptolemæum Philadelphum Lagifilium, qui post Alexandrum Magnum secundus Rex Ægypti fuit anno mundi 3738, ab Eleazaro summo sacerdote Judæorum septuaginta duos interpres obtinuisse, qui Biblia sacra in Græcam linguam transferrent, creditur propter testimoniū tum Aristei Ptolemaei in hâc causâ legati, tum aliorum Judæorum. Vide Joseph. Antiquit. l. 12. c. 2.

14. Non tantum pentateuchum, sed & reliquos libros veteris Testamenti transtulisse, probabile est.

15. An singuli separatim cellulis 72: an bini ac bini cellulis 36: an verò omnes simul conferentes istam interpretationem fecerint, quæritur, & adhuc sub judice lis est, inquit Bellarminus l. 2. c. 6. de verbo Dei. Nos verò cum Hieronymo præfatione in pentateuchum fabulam de 72 cellulis quibus singuli, vel 36. quibus bini ac bini inclusi fuerint, repudiamus.

16. Septuaginta interpres hunc habent à creatione ad diluvium calendarum,

Adam	330	Seth
Seth	205	Enos
Enos	190	Cainan
Cainan	170	Malaleel
Malaleel	genuit anno	165
Jared	ætatis	Jared
Hanoch		162
Mathusalah		Hanoch
Lamech		165
		Mathusalah.
		187
		Lamech
		188
		Noach.

Noah ingressus arcam anno etatis — 600

Summa annorum 2362

17. Observandum, exemplaria non consentire. Primum enim quædam Adamo tribuunt 230: cùm hodierna habeant 330. Ἔτη δέ Αδάμ
άκοντα καὶ τριακόσια ἔτη, &c. Deinde in Mathusalemi ætate cùm gigneret Lamechum, vetera exemplaria habent 167: nostra vero, quemadmodum etiam vetera quædam, teste August.l.15. de civitate Dei c.13. habent 187. Καὶ ἔτη Μαθυσάλα ἔτη ἕπεται υἱὸς οὐδεὶς καὶ ἔτη, &c. Hinc oritur differentia tum inter veteres, Eusebium, Dionysium, Augustinum & nostros, tum veterum inter seipso. Josephus autem numerans annos 2656, ab omnibus discedit.

18. Hebræorum calculus sic habet:

Adam	genuit anno ætatis	130	Sethum
Seth		105	Enos
Enos		90	Cainan
Cainan		70	Malaleel
Malaleel		65	Jared
Jared		162	Hanoch
Hanoch		65	Mathusalah
Mathusalah		187	Lamech
Lamech		182	Noach.
Noah arcum ingressus			
anno ætatis		600	
Summa annorum		1676	

19. Differentia igitur est annorum 706. secundum nostra exemplaria: secundum Eusebii qui habet annos 2242. differentia est annorum 586.

20. Hic scrupulus omnium qui occurunt videtur difficilimus: & subtilitas theologica, si illa est. Neque enim tam facile eximitur, quam quidam existimant. Augustinum certè vehementer stimulavit: ut patet l.15. c.13. de civit. Dei.

21. Hebraicam veritatem sequendam dicis? Recte: Tecum sentio: quod idem Augustinus suadet loco allegato. Verum nodus necti potius & constringi videtur, quam ut solvatur: cùm Apostoli & Evangelistæ, septuaginta versione utentes, eam comprobasse videantur.

22. Si dixeris ideò usos, quia tum in manibus plurimorum erat, non ideris elabi hâc responsione: quia non est verisimile, eam versionem ad veritatis patrocinium voluisse adhibere, quæ vitiosa esset, cùm facile rejici potuisset.

23. Si negaveris, Evangelistas & Apostolos LXX. interpretum versionem allegasse, ex plurimis locis convinci poteris. E. G. Luc. 3. v. 36. nominatur ex LXX. interpretibus *Kaīvā* pater Salah filius Arphaxath, qui in textu Hebraico non extat. Gen. 10. Testimonium Petri Actor. 2. v. 25. & seqq. annon ex LXX. interpretibus sumtum est? Ad Rom. 10. v. 18. citatur versus 5. Ps. 19. non ex Hebreo, sed Graeco textu LXX. interpretum. Plura exempla brevitatis causa omittimus.

24. Quid igitur statuendum? Primum LXX. interpretum versionem nos habere, sed per quam vitiatam.

25. Deinde eorum quæ ab Evangelistis & Apostolis citata sunt, sanctam esse autoritatem.

26. In reliquis Hebraicam veritatem sequendam.

27. Maximè in Chronologicis adhærendum veritati Hebraicæ: tum quia incertum sit, an calculus LXX. interpretum ad nos venerit: tum quia si incorruptum habemus, illi causas habere potuerint, cur à Mosis calculo discedendum putarint.

28. Has causas tametsi malo cum Augustino l. de civit. Dei, 15. c. 11. fateri me ignorare, quām temere aliquid affirmare: tamen non displicet conjectura, quam refert Joann. Temporarius Chronologus præstantiss. videri nimirum posse, concilianda sacris literis apud Aegyptios, autoritatis causâ plures annos, quām in Mose extarent, numerasse: ut scilicet Aegyptii, si viderent annorum numerum cum antiquitatis suæ opinione consentire, sacras literas eò pluris facerent.

Aegyptii, teste Herodoto l. 2. valde gloriati sunt de gentiis suæ antiquitate: numerarunt à primo rege ad Setbonem: qui cum Senacheribo bellum gesit, annos 113 4 6. Diodorus autem narrat, se accuratè didicisse, Aegyptios numerare 47 0 0. annos regni sui ad Amasfin, qui, quo tempore Cambyses filius Cyri in Aegyptum cum exercitu venit, fatis concessit, circa annum mundi 3 498. Ad hunc à Diodoro expressum regni Aegyptii annorum numerum fortè respexerunt LXX. Interpretes: ne si pauciores annos à mundi conditu numerassent, quām illi regno suo tribuerent: sacras literas veritatis suspectas haberent ac proinde rejicerent.

29. Septuaginta etiam versio, quam Eusebius & nonnullis in locis August. libr. 15. de civit. Dei, cap. 11. sequitur, ideo consistere non potest: quia ex eâ sequitur, Mathusalem post diluvium 14 annos in vivis fuisse. Ubi autem extitit? In arcâ minimè? quia reclamat scriptura, Gen. 7. v. 7. 1. Petr. 3. v. 20. Ea verò quam nos habemus versio, quam etiam citat Au-

gust. l. 15.

gust. l. 15. c. 13. de civit. Dei, evitavit hoc incommodum cum Hebræis tristruendo Mathusalemo annos 187. antequam gigneret Lamechum: & sic præcedit mors Mathusalem diluvium sex annis.

30. Atque hæc de primo hujus termini scrupulo: sequitur alter qui sumitur ex Genes. 5. c. v. 32. ubi dicitur Noah natus annos 500 genuisse Schennum, Chamum, Japhetum: unde videtur effici, Schemum primogenitum, & anno 500 patris natum.

31. Huic autem sententia adversatur versus 10. cap. ii. Genes. ubi dicit Moses, Schemum genuisse filium, anno ætatis centesimo: idque biennio post diluvium.

32. Si biennio post diluvium Schemus annum egit centesimum: sequitur, non quingentesimo, sed quingentesimo secundo ætatis Noë anno genitum. Quia ipso diluvii anno Noah sexcentenarius fuit.

33. Ut scrupulus hic eximatur, ex doctiss. Francisco Junio observandus triplex capitum in sacrâ scripturâ numerandi ordo: Naturalis, personalis, historicus.

34. Naturalis est, cùm liberi eo ordine, quo nati sunt, numerantur, ut 1. Chron. 3. v. 1. 2. 3.

35. Personalis est, quando ii, qui dignitate superant, primo loco ponuntur.

36. Historicus est, cùm ejus nomen postremo loco ponitur (sive naturâ, sive dignitate primus sit) à quo historia proximè incepturna est: ut Gen. 28. v. 5. ubi Eſau fratri Jacobo postponitur: quia ejus historia statim sequitur. Sic Matth. 1. v. 1. Abraham Davidi postponitur, quia descrip̄tio Genealogiæ Abrahami sequitur.

37. Hic tamen observandum est: primùm, Jacobum Eſavo propter dignitatem præferri: Deinde Davidem Abrahamo præponi: quia Christus filius Davidis crebrius quàm Abrahami dicebatur: ut patet Luc. 1. 32. Matth. 22. 43.

38. Concludimus igitur, Gen. 5. v. 32. Schemum non propter naturæ ordinem, sed propter dignitatem primo loco poni; nec anno quingentesimo, sed quingentesimo secundo ætatis Noæ, natum esse, Gen. 11. v. 10.

39. Id quod ex aliis etiam locis apparet, ex quibus hic ordo filiorum Noæ demonstratur. Japhet dicitur maximus, Gen. 10. v. 21. natus anno Noæ, 500: Schem medius natus anno Noæ, ut jam diximus 502 biennio post diluvium, Gen. 11. & 10. Cham minimus Gen. 9. v. 24.

40. Sequitur tertius & postremus hujus termini scrupulus de anno diluvii. Narrat Moses Gen.7.v.6. Noachum ingressum arcam, cum esset sexcentos annos natus: queritur igitur, initiatione anni sexcentesimi, an eo completo & ineunte sexcentesimo primo diluvium cœperit, & anno ætatis Noæ sexcentesimo secundo ineunte desierit?

41. Posterius quidam statuunt, & diluvii annum faciunt annum mundi 1657. Nos prius affirmamus.

42. Etenim si ineunte sexcentesimo primo ætatis Noæ anno diluvium incepit, ineunte vero sexcentesimo secundo deserit, Noah post diluvium non annos 350, sed uno minus ad complendos annos 950 vixisset. At illud affirmat scriptura sacra Genes.9.v.28.29. Ergo hoc consultere non potest.

43. Haec de tribus hujus termini scrupulis breviter, & ut spero, planè ac perspicuè dicta sunt. Ceterum certa ista judico, non tamen ad ignis periculum defendere velim, paratus meliora & certiora adserenti manus dare, γηράσκων οἰδασκόμενοι, καὶ σκλήρων γηράσκομενοι.

Ne s'Vtor s'Vpra CreplDaM.



gulf.l.15. c.13. o
buendo Math
præcedit mor

30. Atque
mitur ex Gene
num, Chamu
tum, & anno 5

31. Huic au
Moses, Schem
post diluvium

32. Si bien
quitur, non qu
no genitum. C

33. Ut scr
dus triplex cap
nalis, historicu

34. Natur
i.Chron.3.v.1


35. Person
nuntur.

36. Histor
turā, five digit
Gen.28.v.5. u
tim sequitur. S
ptio Genealog

37. Hic ta
dignitatem pr
stus filius Dav
Matth.22.43.

38. Conclu
ordinem, sed p
fimo, sed quin

39. Id quo
Noë demonst
Noë, 500 : Sch
nio post diluvii



im Hebrais tri
mechuum: & sic

tur alter qui su
genuisse Sche
um primogeni

Genef. ubi dicit
idque biennio

entesimum: se
xattatis Noë an
fuit.

unio observan
Naturalis, perso

numerantur, ut

primo loco po

onitur (five na
nceptura est: ut
ejus historia sta
tur, quia descri

Efavo propter
oni: quia Chri
patet Luc.1.32.

propter naturæ
anno quingente
e, Gen.11.v.10.
cordo filiorum
21. natus anno
imus 502bien
v.24.